

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 10. Effet-ne minus malum peccatori publico ministrare hostiam non consecratam?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

## 178 TRACTATUS IV.

sumitur bonus , nisi contraria facta ejus prodant delicta .

Non ideo semper crimen dicitur notorium , quod probari per testes valeat ; indicia autem jus tantum faciunt , ut viâ inquisitionis ad causæ cognitionem procedatur , non autem ut infames ante condemnationem , aut notorietatem à sacra Communione arceantur : nisi quando nulla tergiversatione crimen occultari potest , quia à multis certò scitur .

*Quæst.* 10. Si peccat Sacerdos ministrando Eucharistiam peccatori publico , effet-ne minus malum ministrare ei hostiam non consecratam ?

*Resp.* Nullo modo debet dari hostia non consecrata , pro consecrata : tum quia in Sacramento veritatis , non debet esse aliqua fictione : tum quia cum manducans adoret quod manducat , ut ait sanctus Augustinus , daret Sacerdos occasionem idololatriandi , quod gravissimum est flagitium , & pio Sacerdoti horrorem incutere debet .

## C A P U T X.

*De Necessitate Sacramenti Eucharistiae.*

*Quæst.* I. **Q**UOTPLEX est necessitas?

*Resp.* Duplex necessitatis genus distingui potest ; altera est necessitas medii , cum scilicet res adeò necessaria est ad obtainendum finem , ut sine ipsa finis nunquam haberi possit : sic gratia sanctificans necessaria est ad salutem necessitate medii , quia sine ipsa salus nunquam obtineri potest .

Altera est necessitas præcepti , cum scilicet